

& malorum : quandoquidem nulla est homini causa philosophandi, nisi ut beatus sit. **Quod** autem beatum facit, ipse est finis boni. Nulla est igitur causa philosophandi , nisi finis boni. **Quāmōbrem** quæ nullum boni finem sectatur, nulla philosophiæ secta dicenda est. **Cūm** ergò quæritur de sociali vita , vtrum sit tenenda sapienti ut summum bonum , quo fit homo beatus, ita velit, & cureret amici sui, quemadmodum suum , an suæ tantummodo beatitudinis causa faciat quicquid facit: non de ipso summo bono quæstio est , sed de assumendo vel non assumendo